

cunt. Henricus interea, cognomento Piscator ejus Peloponnesiacæ oræ Comes, quam Malecam vocant, Genuensium navi-  
 bus fretus Cretam Venetis adimere conatus est: sed Rainerius  
 classis præfetus qui præsto affuit, non solum insulam tutatus  
 est, seu quatuor quoque Genuensium naves circa littora ade-  
 pthus oppressit: in quibus Veterum captum, ultimoque sup-  
 plicio affectum auctores sunt quidam. Nec ita multo interje-  
 cto tempore ad inhibendos Græcorum motus Candacem colo-  
 niam, quam vulgo *Candidam* dicunt, in ipsam insulam Ve-  
 neti misere: ex Patricio ordine equites, ex plebejo pedites  
 missi dicuntur. Genuenses ipsi maria graviter infestabant: ad  
 quorum cursus opprimendos, Joannes Trivisanus cum novem  
 navibus ad pugnam instructis est missus. Is circa Siciliam haud  
 longe a Drepano Ligusticam classem assedit, majore prope  
 animo quam viribus cum hoste congressus, duodecim hostium  
 naves interceptit. Qua clade fractis Genuensium animis, pax  
 secuta est. Sunt qui scribant, ob navem unam a Genuensibus  
 captam Trivisanum ipsum ad eos persequendos cum duabus  
 longis navibus, totidemque onerariis ad pugnam instructis  
 dimissum: atque Lybico mari circa dirutæ Carthaginis littoræ  
 hostem adeptum, injecto certamine, quatuor Liguri naves  
 ademisse; mox præter in Siciliam octo & viginti.

Per hæc quoque tempora ex levissima causa, gravissima  
 cum Patavinis orta est discordia. Florebant tum longa pa-  
 ce Taurisnorum opes: & quum ludis multaque lascivia,  
 ut fit in secundis rebus, civitas ipsa luxuriaretur: com-  
 menta dicitur suave ludicum, ut castellum media urbe  
 peregrinis bellibus ac eisdem valde preciosis, purpureisque  
 stragulis murorum loco muniretur: ut ingenuæ virgines;  
 quibus locum tuendum destinarent, pro galeis coronas au-  
 reas haberent, pro thoracibus & brachiorum tegmentis ar-  
 millas, & ditissima monilia. Puellæ, ut dixi, eleganti  
 forma castellum præsidio tenerent: nobilissimi adolescentes  
 virginibus æquales arcem oppugnarent: missilia quæ utrin-  
 que jacerent, poma essent, muscatæ nuces, rosæ, lilia,  
 aliique flores in pilarum speciem congregati: subitæ ad hæc  
 rosaceæ aquæ ejaculationes, variaque alia odoramentorum  
 exqui-

1206

1211

1213

1214

*Cum Pa-  
 tavinis  
 quoque ob  
 iniuriam  
 Taurisno  
 spectaculo  
 acceptam  
 prospere  
 est pugna-  
 tum.*